



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 49. Tumultus in Galliis ob Bullam: Vineam Domini suscitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1710.

§. XLIX.

*Tumultus in Gallis ob Bullam: Vineam Domini, suscitati.*

Dum Pontifex Romæ vindicandis injuriis Turnonio Cardinali illatis summopere intentus erat, Molinistæ in Gallis consueto Jansenismi spectro Franciæ Præsules terrere, eosque a SS. Augustini & Thomæ doctrina ad suas opiniones pertrahere, indefesso studio laborabant: Favebant illis præsentis temporum vicissitudines; ipse enim Ludovicus XIV. Galliarum Rex, qui repudiatis pristinæ vitæ illecebris palam pietati addictus, Episcopos virtutum merito conspicuos, aliosque Viros Ecclesiasticos sua confidentia honorabat, eorumque consilium in rebus Ecclesiasticis expetebat: Peropportune etiam eorum consiliis accidit, quod Rex in conscientiæ suæ Moderatorem selegisset Patrem Tellierum Jesuitam, quem Jansenistas, cunctosque, quos sub hoc nomine exosos reddere moliebantur, plusquam vatiniانو insectari odio noverant: Jam sponte currentibus calcar subdidit summi Pontificis benevolentiam, liberalitatemque demerendi desiderium; haud enim ignorabant, quam amplis elogiis Clemens XI, Papa

Jan-

*Journal de  
Dorfanne  
pag. 3  
Lafiteau  
Hist. de la  
Const. l. 1.  
t. 1. p. 98.*

Sæc. XVIII. Jansenii hostes & præcipue Facultatem  
A. C. 1710. Theologicam Lovaniensem honorasset,  
 eo quod ejus Constitutionem contra Jan-  
 senistas non modo receperit, sed in-  
 super nullum ad gradus Academicos pro-  
 movendum decrevisset, nisi præstito  
 prius juramento per Alexandri VII.  
 Constitutionem præscripto. Igitur Mo-  
 linistæ Pontificis, Regis, totque alio-  
 rum Præsulum auctoritate & ope suf-  
 fulti primis lusibus initium fecere, quo-  
 rum spectaculo suæ gloriæ, ac invidiæ  
 desideria satiarent: spargebant in vul-  
 gus, Noailii Parisiensis Archiepiscopi  
 doctrinam esse suspectam, ipsumque  
 Jansenismi venenum simulato Religio-  
 nis Zelo occultare, ut Regis Pontifi-  
 ciam Constitutionem adoptantis gra-  
 tiam conservaret: incitarunt præterea  
 quosdam Præsules sibi addictos, ut Or-  
 dinationibus seu Pastoralibus Instru-  
 ctionibus Jansenismum ac præcipue Mo-  
 rales Quesnelli reflexiones damnarent.  
 Ex his magis propensos reperere By-  
 sium Meldensem, Stephanum Champ-  
 florium Rupellensem, Joannem Fran-  
 ciscum Lescunium Lucionensem, &  
 Malisolum Vapicensem Episcopos: In-  
 tegrum insumpsere biennium, quo Mo-  
 linistæ, ejusmodi Instructiones fabri-  
 cabant, & ne in eos facti suspicio ca-  
 deret, Præsulum nomina mutuarunt.